

.lxxiiij.

OMELIA . IN NATALE PLURIMORUM CONFESSORUM .

SCRIPTUM EST FRATRES KARISSIMI IN EVANGELICA LECTIO NE . QUOD –  
homo quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos et tra  
dedit illis bona sua . Et uni dedit quinque talenta .

Alii autem duo . Alii uero unum . Vnicuique secundum propriam  
uirtutem et profectus est statim . Homo iste paterfamilias  
dominus christus est . qui ad patrem post resurrectionem uictor ascen  
dens . uocatis apostolis doctrinam euangelicam tradidit . non pro  
largitate tamen et parcitate . Alteri plus . et alteri minus  
tribuit . sed pro accipientium uiribus . Quomodo et apostolus  
eos qui soli dum cibum capere nondum poterant . lacte  
potasse dicit . Denique et illum denique talentis decem fece  
rat . et eum qui de duobus .iiii. similiter recepit gaudium .  
non considerans lucri magnitudinem sed studium uolun  
tatis . In quinque etenim et duobus et uno talento . diuer  
sas gratias intelligimus . que unicuique tradite suNt .  
Uel in primo omnis sensus examinatus est . In secundo  
intelligentia et opus . In tertio uero ratio qua homi  
/149r/ nes a bestiis separantur . Abiit autem qui quinque talenta  
acceperat . et operatus est in eis et lucratus est alia quinque .  
Acceptis itaque terrenis sensibus . caelestium sibi notitiam dupli  
cauit ex creaturis intelligens creatorem . ex corporibus  
incorporabilia . ex uisibilibus inuisibilia . ex breuibus aeterna .  
Similiter et qui duo acceperat lucratus est alia duo . et iste  
pro uiribus quicquid intelligi didicerat . in euangelio  
duplicauit . siue enim scientia seu opere presentis uitae . futurę  
beatitudinis typum intellexit . Post multum uero  
temporis uenit dominus seruorum illorum . et posuit rationem

cum eis . Grade quidem tempus est . inter ascentionem  
saluatoris et secundum eius aduentum . In quo exacturus est  
quod unicuique dedit . Et accedens qui quinque talenta  
acceperat . obtulit alia quinque talenta dicens . Domine .  
quinque talenta mihi tradidisti . ecce alia quinque super  
lucratus sum . Ait illi dominus eius . Euge serue bone et fi  
delis . quia super pauca fuisti fidelis supra multa te con  
stituam . intra in gaudium domini tui . Accessit autem et qui  
duo talenta acceperat et ait . Domine . duo talenta tradi  
disti mihi . ecce alia duo superlucratus sum . Ait illi dominus eius  
Euge serue bone et fidelis . quia super pauca fuisti fidelis  
supra multa te constituam . intra in gaudium domini tui .  
vtique ergo sermo est ut iam ante dixi . ut qui de quin  
que talentis decem fecerat . Id est qui de quinque corporis  
sensibus spiritualiter agens multiplicauerat . et uita actua  
li bene peregerat . et qui de duobus quattuor . Id est qui hoc  
intelligens fratribus predicauit . et opere compleuit et eosdem  
proximos per bonum suum exemplum ad fidem deduxit christi .  
/149v/ simul gaudeant in conspectu domini sui . Item . sermo patrisfami  
-lias sermo blanditur atque ei dicitur . Euge quod est bene  
gaude . et notandum est . quod omnia quę in presenti tem  
pore habentur . Licet magna uideantur et plurima .  
tamen comparatione futurorum bonorum pauca et parua  
sunt . quia super pauca fuisti fidelis inquit supra multa  
te constituam . Id est in aeterna quiete . Quid autem magis  
potest dare fideli seruo . quam esse cum domino et uidere  
gaudium domini sui . In aeternam et enim beatitudinem collo  
catus quod non habuerit inmerito . habebit in carita  
te . et tale gaudium habiturus erit de alterius gloria  
imminentiore . ac si sua esse uideatur . Intra inquit in  
gaudium domini tui . Ac si dicat . suscipe quę nec oculus

uidit . nec auris audiuit . nec in cor homines ascendit .

Sed<sup>1</sup> homo iste peregre proficiscens seruis suis bona sua tradidit . quia fidelibus suis spiritalia dona deus concessit . et uni quidem dedit quinque talenta . alii autem duo . alii uero commisit unum . quinque . etenim sunt corporis sensus . Id est uisus . auditus . gustus . odoratus et tactus . Quinque igitur talenta . dona quinque sensuum significant . quibus exterior scientia exprimitur .

Duobus uero . intellectus et operatio designatur . Unius enim talenti nomine . intellectus tantummodo designantur .

Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est . quia sunt nonnulli . qui et si interna ac mistica nesciunt . pro intentione tamen supernę patrie docent recta quę possunt . de ipsis exterio`ri bus quę acceperunt . Dum que se a carnis petulantia . a terrenarum ambitu rerum .

/150r/ atque a uisibilium uoluptate custodiunt . ab his etiam alios a comodendo compescunt . et sunt nonnuli qui quasi duobus talentis ditati . Intellectum atque operationem percipiunt . et subtilia de internis intelligentes . mira in exterioribus . Cumque et intelligando et operando aliis prēdican . quasi de negatio duplicato reportant lucrum . Bene autem alia quinque uel alia duo . in lucrum uenisse referuntur . quia dum utrique sexui predicatione impenditur . quasi accepta talenta geminantur . Sed his qui unum talentvm<sup>2</sup> acceperat . abiens fudit in terram et abscondit pecuniam domini sui . Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium in terrenis actibus implicare . Lucrum spiritale non adquirere .

Cor a terrenis cogitationibus suis numquam subleuare .

Sunt namque nonnulli . qui donum intelligentię percooperunt .

Sed tamen quae sola carnis sunt sapiunt . De quibus per pro

<sup>1</sup> In left margin: Gregorii omelia [?] super euangelio quidam .

<sup>2</sup> talentvm] corr. from talenta

phetam dicitur . Sapientes sunt ut faciant mala . Bene  
autem facere nesciunt . sed dominus qui talenta contulit . rationem  
positurus redit . quia os qui nunc pie spiralia dona tribuit .  
districte in iudicio merita exquiret . quid quisque accepit  
considerat . et quod lucrum de acceptis talentis reportet  
pensat . sensus<sup>3</sup> qui geminata talenta retulit . a domino lau  
datur atque ad aeternam remunerationem perducitur . cum ei  
uoce dominica dicitur . Euge serue bone et fidelis . et quia  
super pauca fuisti fidelis su`p`ra multa te constituam . intra  
in gaudium domini tui . Pauca quippe sunt omnia bona  
presentis uitę . quamlibet multa uideantur . sed tunc fide  
lis seruus supra multa constituitur bona . quando de  
uicta omni corruptionis molestia . de terrenis gaudiis  
/150v/ in illa caelesti sede gloriatur . Tunc ad gaudium domini superfecte intro  
mittitur . quando in aeterna illa patria adsumptus atque ange  
lorum coetibus ammixtus . sic interius gaudet de munere . ut  
non sit iam quod exterius doleat de corruptione . Depositio  
ne ergo istius sancti solemnia caelebramus . cui talenta ista  
superius nominata credita non ignoramus . Quid est deposi  
tio? Non tantum illa manibus procurata est . sed et illa qua  
homo uinculis corporalibus absolutus liberiturus ad cęlum .  
talentum sibi creditum domino suo duplicatum reportabit . Ipsa  
plane est depositio . in qua concupiscere abicimus cessamus  
delinquere . peccare deponimus . Et ideo hęc dies pro cęlebri  
tate maxima procuratur . quia uera est et summa festiuitas .  
mortuum esse uitiis . et soli uiuere iustitiae . Nam et natale dicitur .  
quod delictorum carcere liberati . libertate nascimur sal  
uatori . Natale igitur sicut dixi patris nostri istius confessio  
ris caelebramus . in cuius laudibus primum illud dicendum est ;  
quod fuit in sacerdotio suo . Innocens . mansuetus . et humi

---

<sup>3</sup> sensus] altered by a later hand to seruus; in right margin: Gregorius

lis . sobrius et pius . Sic tamen innocens . ut esset pariter et astutus . Sic mansuetus . ut miseretur . in eo se ueritas lenitatis .  
Sic humilis . ut in ipsa humilitate maioris reuerentię auctoritate precelleret . Fuit enim innocens et astutus . quando impleuit dictum domini qui ait . Estote astuti ut serpentes . in nocentes ut columbae . Fuit enim innocens sanctę aecclesiae amministratione . astutus in catholicae fidei passione . semper enim sicut serpens cum insecurionem patitur astutia quantum capud suum tuetur . cetera membra contemnit . Legerat enim dicente apostolo quia uiri caput christus est . Qualis uiris sit beatus iste confessor hic intelligimus . unde pro merito /151r/ suo et hic sumnum ineruit sacerdotium . et postea apud deum corona confessionis accepit . Largiente domino nostro iesu christo . qui cum eodem patre<sup>4</sup> et spiritu sancto . uiuit et regnat . per infinita secula seculorum . amen .

---

<sup>4</sup> patre] corr. from patrae